

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

Epilogvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

E P I L O G V S.

H Abes hic benevole Lector ex
innumeris paucas, sed præcipu-
as laxitates Decalogi, Legis Divinæ
Præceptorumque Ecclesiæ eversivas
ex diversis Authoribus collectas, &
publicè exhibitas; ex quibus vides,
in quas absurditates luxuriantia inge-
nia, nisi se infallibili legis Divinæ re-
gulâ dirigi permittant, provolvantur:
nec esse Divina Præcepta *Regulam le-
sbiam*, quæ pro cuiusvis beneplacito
in quamcunque partem inflecti pos-
sit; sed cui se cor & intellectus huma-
nus, si recta sint, vel esse cupiant, con-
formare teneantur. *Augustinus in Ex-
positione psalm. 93.* Ne ait voluntatem
Dei velis torquere ad voluntatem tuam:
sed tuam corrige ad voluntatem Dei, vo-
luntas Dei sic est, quomodo Regula:

Bb 5 puta

putat or sisti Regulam, unde habes corrigi:
illa autem integrum manet Regula: est enim
incommutabilis. Quamdiu integrum est re-
gula, habes quae te convertas: & corrigas
pravitatem tuam: habes unde corrigas,
quod in te tortum est, Quid autem vo-
lunt homines? parum est, quod volunt
tem tortuosam habeant: etiam volunt vo-
luntatem Dei tortuosam facere secundum
cor suum. Et in Psalm 31. conc. is. Quomo-
do distortum lignum, si ponas in pav-
imento equali, non collocatur, non compa-
ginatur, nec adjungitur, semper agitatur,
& nutat: non quia inaequale est, ubi posui-
sti; sed quia distortum est, quod posuisti,
ita & corruptum, quamdiu pravum est, &
distortum, non potest collinearri rectitudi-
ne Dei: & non potest in illo collocari: ut
hæreat illi, & fiat rectum. Verbis itaque
S. Augustini quibus prefationem, illis,
& hunc Epilogum concludo. Cum vi-
deris multos non solum haec facere sedet-
iam

iam defendere , atque suadere tene te ad Legem Dei, & non sequaris prævaricatores ejus : non enim secundum illorum sensum, sed secundum illius veritatem judicaberis : Ne sequaris blandientis serpentis antiqui protoparentum seductoris vafritiem : non novellorum probabilistarum benignas nimis interpretationes , non latæ & spatiösæ ad interitum ducentis viæ duces : sed tene te ad Legem Dei, Sanctorum Patrum infallibilibus interpretationibus explicatam angustam viam , quæ ad vitam dicit demonstrantem , quā ego tibi, tu mihi apud Deum vicissim precemur. Vale benevole Lector & fruere exiguò hoc meo labore, quem hisce finio, & infallibili Judicio S. Matris Ecclesiæ submitto : revocatum & nec dictum , nec scriptum volens ; si quid contra unicam Romano Catholicam solam salvificam fidem : contra

B b 6

bonos

bonos mores, vel Doctrinam Docto-
ris Angelici scripserim: hoc unicè ex-
optans, ut quot sunt in hoc libello lit-
teræ, toties & infinites millies glori-
ficeretur Deus in magnâ & admirabili
Matre suâ Cæli terræque Imperatri-
ce, omnibusque Sanctis, sitque ille, qui
est rerum omnium, sic & hujus libelli
Alpha & Omega, Principium &

F I N I S.